

עַמְיוּ שָׁנָה

Ad

## Lectorum benevolum.

**N**on esse cum Antagoni-  
stis & Sophistis inconsideratè  
aut præcipitanter agendum,  
*Disputatio vinariensis Anno 1561.*  
centum abhinc jam annis, inter *Victorinum*  
*Strigelium & Matthiam Flacium Illyricum*  
*de Libero Arbitrio* instituta, vel sola satis e-  
docet. Disputabat *Flacius* contra *Strige-*  
*tium*, qvi nimis extenuabat peccatum Ori-  
ginis ac ita argumentabatur:

*Nullum accidens potest corrumpere sub-  
stantiam.:*

*Peccatum Originis est accidens.:*

*E. Peccatum Originis non potest corrumpere substantiam.*

Pergebat:

*Quod nullam substantiam potest corrumpere, non potest corrumpere liberum ar-  
bitrium. Rationem dabit hanc:*

*Qvia liberum arbitrium esset ipsa prin-  
cipalis substantia animæ, nempe mens &*

B

vo-